depositi, iterum Sup[?]abum pecunia attentare quã de re ità est Moldavia exhausta et Populus depauperatus, ut vix duæ Partes Incolarum remanserint, quorum ingruente vero, maior pars dilabetur. Quidam enim Confinarij in Poloniam se recepe- runt, alij Danubium transfretando in Turciam iverint; Multi in Valachiam Transalpinam abiverint, nostri vero Hungari Catholici Transil- vaniam petiere cum damno Spirituali animæ et salutis, ea propter omnium ferè est rerum non levis annona Caritatis; Nullus etenim tractat aratrum, pauci vineas plantant, et ex- colunt; ~~Nullus etenim tract~~ Horti derelicti, prata et Campi destituti, Gregem Ovium et armen- ta equorum, Boum, Vaccarum et hujusmodi non nisi Barones et potentiores nutriunt, et multiplicant Alias Provincia utraque esset feracissima copio- sissima, et omnibus necessarijs completissima, quando excoleretur, et tantis exactionibus non premeretur.

Ex statu Temporali possumus colligere Statum Spiritu- alem deplorandum potius hoc tempore propter easdem supratas rationes tum etiam propter incurias Episcoporum non residentium, imò dum residebant maiora damna inferebant, nam quidquid erat per sudores alienos, labores, et diligentiam octo vel decem annos collectum, hoc fuit ipsos per unum, et alterum mensem per potatum dilapidatum